Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



201
202.

ut iustitia legis impleretur in nobis.
qui non secundum carnem ambulamus
sed secundum spiritum. Unde et in isto prophetico
testimonio consummabo inquit
super domum israel et super domum iuda
testamentum nouum. quid est. consuma
bo nisi implebo. Non secundum testamentum
quod feci patribus eorum in die qua
adprehendi manum eorum ut educerem
eos de terra aegipti. Ergo illud
uetus erat quia hoc nouum est. Vnde
igitur illud uetus hoc nouum cum lex
eadem impleatur per testamentum
nouum quae dixit inuetere non con
cupisces. quia ipsi inquit non perseue
rauerunt in testamento meo et ego neglexi
eos dicit dnus. Ergo propter uetustatis ho
minis noxiam quae per ipsum testamentum
iuuentem et minantem minime sana
bat dicitur illud testamentum
uetus hoc autem nouum propter nouita
tem spiritus quae hominem nouum sanat